

CAPUT III.

De Modo quo observanda sunt Praecepta.

DUBIUM I.

An debeant impleri ex caritate.

162. - « Resp. Possunt impleri sine caritate, nisi hanc in substantia includant; ut v. gr. praeceptum dilectionis Dei. Ratio est, quia tantum praecipitur substantia actus inclusi in praecepto, v. g. ut honoretur parens; non autem finis aut modus praecepti, ut docet S. Thomas¹. — Interim certum est, requiri caritatem in operante, ut impletio praecepti sit meritoria; juxta illud I Cor. XIII, 1: *Si linguis hominum loquar, etc.* S. Thomas, Sanchez, Suarez.

« Unde resolvuntur sequentes casus: 1°. Si quis jejundet, vel intersit sacro ob vanam gloriam, vel etiam ut furetur;

« potest nihilominus implere praeceptum, etiam per actum ex circumstantiis peccaminosum; quia implet substantiam illius praecepti, licet peccet contra aliud, cui finis ille malus opponitur, ut docet Sanchez², Laymann³, Card. de Lugo⁴. [Cum Salmant.⁵]

« 2°. Simili ratione impletur votum, juramentum Deo factum, poenitentia sacramentalis, licet actus ipse sit peccatum⁶ ».

Nota tamen hic propositionem damnatam ab Alexandro VII, n. 14: *Qui facit confessionem voluntarie nullam, satisfacit praecepto Ecclesiae.*

DUBIUM II.

An ad impletionem Praeceptorum requiratur intentio iis satisfaciendi.

163. - « Resp. Quod non ». [Requiritur tamen intentio faciendi illud, quod est praeceptum, ut Salmant.⁷, cum Busenbaum, *infra Dub. IV*]. « Ita sentit Sanchez, Vasquez⁸ et alii communiter. — Ratio est, quia lex tantum praecipit liberam operis externi executionem, v. gr. auditionem sacri; non autem, ut alio peculiari actu quis velit, vel intendat praecepto satisfacere: sive, ut alii loquuntur, praecepta non obligant ad obedientiam formalem, hoc est, ut illud fiat quia praecipitur, sed tantum ad mate-

rialem, sive, ut fiat quod praecipitur. Vide infra, *Lib. III, tract. 3, cap. 1, dub. 3.*

« Unde resolvuntur sequentes casus: 1°. Qui alicujus praecepti immemor, illud implevit, v. gr. ignorans esse diem festum, libere tamen interfuit sacro, is satisfecit. Neque, ut quidam volunt, necesse est, ut postea intelligens diem festum, velit tunc satisfacere per missam auditam, quia implevit substantiam actus praecepti. — S. Thomas^{a)}, Henriquez, Filliucci^{b)} ».

¹ 1^o 2^{ae}, qu. 100, art. 10. - S. Thom., 1^o 2^{ae}, qu. 114, art. 4, corp. et ad 3. - Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 14, n. 1. - Suar., in 1^o 2^{ae}, lib. 12, de Merito, cap. 9, num. 2. - Decal., lib. 1, cap. 14, n. 1. - Lib. 1, tr. 4, cap. 4, n. 6. - De Euchar., disp. 22, num. 23. - Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 147 et 148.

- ⁶ Idem, scilicet: Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 14, n. 2 et 3; Laym., lib. 5, tr. 6, cap. 15, n. 15; Lugo, de Poenit., disp. 25, sect. 3, n. 33. - Tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 139. - Sanchez, Decal., lib. 1, cap. 13, n. 9. - ⁸ In 1^o 2^{ae}, qu. 100, art. 9, dub. 1, n. 5. - Henriquez, lib. 9, cap. 25, n. 6.

163. - a) S. Thomas, 2^a 2^{ae}, qu. 104, art. 3, ad 2, principium generale hujus asserti habet, dicens: « Licet actus virtutis cadat sub praecepto, potest tamen aliquis implere actum

virtutis, non attendens ad rationem praecepti ».

b) Filliucci, tr. 5, n. 211, negat utique teneri ad aliam missam audiendam eum qui,

« 2. Is votum, juramentum et poenitentiam sacramentalem vere implet, qui opera promissa vel injuncta exequitur, etsi non habeat intentionem implendi: modo tamen non applicet ea pro alia re.

« Ratio est, quia vota, etc. sunt leges quasi particulares, quas homo sibi vel alteri imponit; unde tantum obligant ad substantiam actus. — Suarez^{c)}, Azor, Lessius^{d)}, Laymann^{e)} ».

DUBIUM III.

An satisfaciatur Praecepto qui, faciens opus, expresse intendit per illud non satisfacere.

Intendens non satisfacere satisfacit.

164. - « Resp. Satisfacit. Ita Suarez, Valentia, Vasquez² et Lessius³, contra Navarrum, Azor, etc. — Ratio est, quia praecepta tantum obligant ad substantiam operis injuncti: ergo, illa posita, non est in potestate operantis ut non satisfaciatur. « Nec refert 1° quod actus non operentur ultra intentionem agentis; quia id intelligitur, quando est in potestate operantis, v. gr. satisfacere, vel non. « Nec 2° quod, qui debet alteri centum, non satisfaciatur obligationi, si liberali donatione det ducentos. Nec 3° quod voto obligatus ad recitandum rosarium, si recitet animo non implendi, non satisfaciatur. — Ratio est, quia hae et similes obligationes proveniunt ex voluntate promittentis; qui, sicut ab initio debet se libere constituit, sic in debito libere permanere potest: obligatio autem parendi legi provenit ex voluntate legislatoris, ideoque non extenditur ultra

« ejus intentionem et voluntatem, nempe, ultra substantiam operis praecepti. Coninck⁴. Vide Lessium⁵ et Laymann⁶. [Et sic tenet sententia communissima cum Tournely^{a)}, Pontas, Suarez, Vasquez, Valentia, Salmant., etc. Vide *Lib. IV, n. 176, Dubit. autem*].

« Unde resolvuntur sequentes casus:

« 1°. Sacerdos qui legit horas non ea devotione qua voluit, ideoque proposuit, ad satisfaciendum praecepto, repetere; etsi deinde non repetat, satisfecit tamen praecepto. — Suarez, Coninck, card. de Lugo^{b)}, etc.

« 2°. Audiens sacrum die festo, quod scit esse ultimum (vel, si non sit ultimum, intendens non audire aliud), licet intenderit non satisfacere, vere tamen satisfecit praecepto de audienda missa; etsi peccarit contra aliud praeceptum, quo quis tenetur esse subditus legislatoris. — Card. de Lugo⁶ ».

Azor, part. 1, lib. 7, cap. 2, quaer. 6. - ¹ Lib. 1, tr. 4, cap. 4, n. 7. - Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 8. - Valent., in 2^o 2^{ae}, disp. 6, qu. 2, punct. 10, i. f. - ² In 1^o 2^{ae}, qu. 100, art. 9, dub. 1, n. 5. - ³ Lib. 2, cap. 37, n. 59. - Navar., de Hor. canon., cap. 16, n. 74; et cap. 20, n. 30. - Azor, part. 1, lib. 7, cap. 2, quaer. 6. - ⁴ De Sacram., qu. 83, n. 310. - ⁵ Lib. 2, cap. 37, n. 60. - Laym., lib. 1, tr. 4,

cap. 4, n. 7. - Pontas, v. *Officium Breviarii*, cas. 13. - Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 8. - Vasq., in 1^o 2^{ae}, qu. 100, art. 9, dub. 1, n. 5. - Valent., in 2^o 2^{ae}, disp. 6, qu. 2, punct. 10, i. f. - Salmant., tr. 16, de Hor. canon., cap. 3, n. 24; cf. tr. 11, de Legib., cap. 2, n. 143. - Suar., de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 8. - Coninck, de Sacram., qu. 83, n. 309. - ⁶ De Euch., disp. 22, n. 24.

ignorans esse diem festum, libere sacro interfuit; « sed (ita subdit) ad summum satis est velle satisfacere per priorem actum vel judicare se satisfacisse ». Unde non satis accurate citatur a Busenbaum.

c) Suarez, de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 6 et in 3^o part. D. Thom., disp. 83, sect. 3, vers. *Circa posteriorem partem*, alia exempla huic similia habet et concordat. — Lessius pariter, lib. 2, cap. 37, n. 59, aliud exemplum habet et principium generale ex quo colligitur exemplum.

164. - a) Contin. Tournely, part. 2, de Relig., cap. 2, art. 8, de Offic. div., sect. 6, vers. *Sed quaeres*, post qu. 3, de horis canonicis disserens, utramque opinionem affert, et ipse concludit: « Existimo 1° eum qui cum intentione non satisfaciendi horas recitasset, tutius et melius facturum, non solum si voluntatem hanc retractet, sed etiam si de novo recitet, ut virtualiter promissis videtur ».

b) Cardinalis de Lugo, de Euch., disp. 22, n. 24, de casu infra ponendo loquitur, scilicet de auditione sacri.

DUBIUM IV.

An ad impletionem Praeceptorum requiratur intentio seu voluntas faciendi id quod praeceptum est.

165. - « Resp. Quod sic. Ratio est, quia, « cum lex detur hominibus, non brutis, « ideoque humano modo sit implenda; hinc « impletio omnis praecepti, sive humani, « sive divini, debet esse actus humanus, « conjunctus cum libertate et voluntate « operantis, id est, ut velit sive intendat « facere hoc quod est praeceptum, v. gr. « audire sacrum, jejunare, etc. — Est com- « munis. Vide Vasquez¹, Suarez, Sanchez.

« Unde resolvuntur hi casus:

« 1°. Qui audivit sacrum die festo ebrius, « dormiens, aut impos sui quomodocum- « que, aut nescius quid aggrederetur aut « vellet facere, tenetur postea, compos sui « factus, audire aliud sacrum. — Suarez, « Sanchez, Salas².

« 2°. Is qui audivit sacrum, jejunavit, « etc. prorsus violenter coactus, non sa-

« tisfecit; non enim fuit actus humanus, « defectu voluntarii. — Vasquez^{a)}, Sua- « rez, Azor, Filiucci³.

« Dixi: *prorsus violenter*; quia, si fa- « mulus, v. gr. metu domini, aut puer « metu magistri sacrum audiat (esto non « sit auditurus si magister abesset) is, etsi « perversa voluntate illa peccet, praecepto « tamen satisfacit. Ratio est, quia metus « non tollit libertatem. — Sanchez, Salas⁴, « Laymann⁵.

« 3°. Recitans horas sola intentione le- « gendi vel addiscendi non satisfacit; uti « nec ille, qui vadit ad sacrum tantum « ut oculos pascat, cum alio colloquatur, « vel expectet amicum. — Card. de Lugo⁶.

« 4°. Nec satisfacit is qui tantum fite « confitetur v. gr., orat, etc.; quia non ejus « fictio, sed opus praeceptum est ».

DUBIUM V.

An duplici Praecepto, uno actu, vel diversis actibus eodem tempore, possit satisfieri.

166. - « Resp. I°. Uno actu diversa prae- « cepta simul impleri possunt, nisi aliud « colligatur ex mente praecipientis. Pa- « tet ex praxi quotidiana: qui enim obli- « gatur ad horas ratione ordinis et bene- « ficii, satisfacit una recitatione. — San- « chez⁷, Salas, Bonacina⁸.

« Unde resolvuntur hi casus:

« 1°. Cum dominica et festum incidunt « in eundem diem, non teneris audire « duo sacra.

¹ In 1^{am} 2^{ae}, qu. 100, art. 9, in explicat. doctrinae, n. 2 et 3. - *Suar.*, de Relig., tr. 4, lib. 4, cap. 26, n. 5. - *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 13, n. 2. - *Suar.*, in 3^{am} p., disp. 88, sect. 3, n. 10. - *Sanch.*, Decal., lib. 1, cap. 13, n. 4. — ² De Legib., disp. 9, sect. 2, n. 32. - *Suar.*, in 3 p., disp. 88, sect. 3, n. 3. - *Azor*, part. 1, lib. 7, cap. 2, quaer. 6; et lib. 10, cap. 12, quaer. 9. — ³ Tr. 5, n. 210. - *Sanch.*, Decal.,

« 2°. Votum et poenitentia in confes- « sione injuncta plerumque non imple- « tur per actum alias debitum: quia haec « plerumque non est mens voventis, et « confessoris. Vide Suarez^{a)}, Sanchez⁹.

« Dixi *plerumque*; quia subinde con- « fessarii injungunt opus alias praece- « ptum.

« 3°. Qui alteri ex pluribus obligatio- « nibus debet centum v. gr., non satisfa- « cit, si semel dat centum: quia in debitis

lib. 1, cap. 13, n. 7 et 8. — ⁴ De Legib., disp. 9, sect. 2, num. 34. — ⁵ Lib. 1, tract. 4, capit. 4, num. 12. — ⁶ De Euchar., disp. 22, num. 23. — ⁷ Decal., lib. 1, capit. 14, num. 5. - *Salas*, de Legib., disp. 9, sect. 2, num. 33, i. f.; et tract. 13, disp. 3, sect. 2, num. 17. — ⁸ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 9, num. 4. — ⁹ Decal., lib. 1, capit. 14, n. 6 et 7.

165. - ^{a)} Vasquez, *loc. cit.*, n. 2 et 3, casum praesentem non habet.

166. - ^{a)} Suarez, *de Sacram. Poenit.*, *dis- put. 38, sect. 6, n. 5*, qui locus a Busenbaum

allegatur, disserit de sacramentali poenitentia et concordat; sed *de Relig.*, *tr. 6, lib. 4, cap. 7, n. 14*, loquens de voto, haec scribit: « Si quis autem vovet audire missam in die festo, non

« justitiae attenditur aequalitas rei ad rem; « non potest autem unum centum aequale « esse debitis plurium centum. Unde in « his alia est intentio et mens se obligantis. « — Sanchez, Salas^{b)}.

« Resp. II°. Potest quis eodem tempore, « diversis actibus, duplici praecepto sa- « tisfacere, dummodo unum non impediatur « alterum. Est communis. Et ratio est, quia « plerumque temporum diversitas non « praecipitur. — Suarez, Azor¹, Sanchez².

Pluribus actibus eodem tempore duobus satisficit.

« Unde resolves:

« 1°. Potest quis eodem tempore au- « dire missam in festo praeceptam, et si- « mul legere horas, vel alias orationes « voto aliave ratione debitas. — Bona- « cina³.

« 2°. Potest item, qui tenetur audire « duas missas, eas audire simul, imo etiam « tres, ut docent aliqui, dum simul in plu- « ribus altaribus celebrantur. — Sanchez⁴, « Major⁵ ».

DUBIUM VI.

An, qui uno actu violat plura Praecepta, committat plura peccata.

167. - « Resp. Si violet praecepta, ma- « terialiter tantum diversa, ita ut, licet « sint plurium legislatorum, habeant ta- « men motivum formale idem, et versen- « tur circa materiam eandem numero « cum iisdem circumstantiis; unum tan- « tum peccatum committit. Si vero prae- « cepta sint formaliter diversa, ob motiva « proxima specie distincta, vel versentur « circa materiam numero diversam, com- « mittet plura peccata: quia sunt obliga- « tiones et malitiae diversae. — Ita San- « chez⁶, Vasquez⁷, Salas, card. de Lugo⁸ ». [Vide dicenda *Lib. V, n. 33*].

« Unde resolvitur:

« 1°. Qui non jejunavit die vigiliae, in- « cidens in quadragesimam, aut negle- « xit sacrum festo incidente in domini- « cam, unicum commisit peccatum, satis- « que est confiteri de jejunio et sacro uno: « quia in his praeeptis, unica est ratio « formalis et motivum proximum, v. gr.

Pluries peccat violans praecepta formaliter diversa.

« in priore, maceratio carnis; in poste- « riore, cultus Dei. — Laymann, Sanchez, « card. de Lugo⁹.

« 2°. Qui violat votum et juramentum, « vel votum et praeceptum Ecclesiae de « eadem re, duplicem malitiam committit; « ac proinde id in confessione explican- « dum est: quia voti observatio praecipitur, « ut fides Deo debita servetur; juramenti « autem, ne Deus vocetur in falsum testem: « et sic duae sunt hic rationes formales; « uti et sunt in omissione missae, quae « et propter festum, et ex injuncta poeni- « tentia audiri debet. — Card. de Lugo¹⁰.

« 3°. Si ligatus cum ligata adulteretur, « duplex peccatum injustitiae committit, « unum contra propriam uxorem, alte- « rum contra maritum adulterae: uti « etiam, si quis uno actu occidat plures, « sunt plura homicidia; quia in istis ma- « teria est numero diversa. — Laymann^{a)}, « Sanchez, card. de Lugo¹¹ ».

Sanch., *loc. cit.*, n. 8. - *Suar.*, *de Sacram. Poenit.*, disp. 38, sect. 6, n. 6. — ¹ Part. 1, lib. 7, cap. 5, quaer. 3. — ² Decal., lib. 1, cap. 14, n. 11. — ³ Disp. 1, de Legib., qu. 1, punct. 9, n. 8. — ⁴ Decal., lib. 1, cap. 14, n. 12. — ⁵ In 4, dist. 12, qu. 8, vers. *Contra hanc*. — ⁶ De Matrim., lib. 9, disp. 15, n. 6. — ⁷ In 1^{am} 2^{ae}, qu. 98, cap. 2 et 3. - *Salas*,

in 1^{am} 2^{ae}, tr. 13, disp. 3, sect. 2, num. 9 et seqq. — ⁸ De Poenit., disp. 16, n. 245 et seqq. - *Laym.*, lib. 1, tr. 2, cap. 10, n. 4, sub II. - *Sanch.*, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 15, n. 6. — ⁹ De Poenit., disp. 16, n. 257. — ¹⁰ De Poenit., disp. 16, n. 255. - *Sanch.*, *de Matrim.*, lib. 9, disp. 15, n. 6. — ¹¹ De Poenit., disp. 16, n. 258.

intelligitur vovere aliam missam, praeter eam quam ex praeepto audire tenetur, nisi expressa intentione id determinet; quia ex vitalis materiae id non sequitur, quia de ratione missae non est, quod sit vel non sit praeepta ».

^{b)} Salas, *de Legib.*, *disp. 9, sect. 2, n. 33*, hunc casum non habet, quidquid dicat Busenbaum.

167. - ^{a)} Laymann, *lib. 1, tr. 2, cap. 10, n. 3*, (uti citat Busenbaum) non loquitur de *actuali* occisione plurium hominum, sed solum ait: Eum qui propositum habet plures homines occidendi, unum numero peccatum admittere; « tenetur tamen (addit) multitudinem hominum, quam occidere proposuit, in confessione explicare ».